Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



355

non sunt duo sed unus spi: & unus homo interior & unus homo ex
terior. & non sunt unum. & tamen eius conexione uinculi naturalis
simul utrumq: non duo sed unus homo, multo magis igitur cum filius di
dicant. Ego & pater unum sumus unus est dī pater & unus est dī filius:
& tamen simul utrumq: non duo sed unus dī. Quod enim fecit
in multitudinis in adoptionem filiorum uocatis coheredibus xpi.
Una fides & una spes & una caritas. Ut ess & eis anima una & cor
unum in dm hoc precipue cogit intellegi una eademque patris
& filii natura sicut dicendum est deitatis. Ut pater & filius qui unū
sunt & inseparabiliter unum sunt & sempiterne unum sunt, non sint
duo dii sed unus dī. Illi enim homines p consortium & communionē
unius eiusdemq: naturae quae omnes homines habent unumerant
& si aliquando secundum diuersitatis uoluntatum & sententiarū.
opinionum morum que dissimilitudinis non habent unum erunt
autem plene p fide queunum cū puentum fuerit ad eū finem ut sit dī
omnia in omnibus. Dī autem pater & filius eius uerbum eius dī apud
dm semp atq: ineffabiliter unum sunt unde magis non duo dii sed
unus dī. Homines autem minus intellegentes quippe qui dicat
potentes uolunt habere sententias. & scripturis non diligenter
scrutatis cum arripiunt defensionem cuius q: opinionis & ab ea
uel numquam uel difficile deflectuntur dum doctiatque sapientes
magis putari quam esse concupiscunt. eaq: ppter formā serui
dicta sunt uolunt tamen sic ferre ad formā dī. & rursus quae dicta sunt
ut ad se inuicem p sonę referentur. uolunt nomina esse naturae
atque substantiae. Fides autem nostra est patrem & filiū
& spm sēm unum dm credere & confiteri. Nec tamen eū qui filius: ē.
patrem dicere nec eum qui pater est filium. nec eum qui spi
patris & filii est aut patrem aut filium nuncupare his enim
appellationibus hoc significatur quod ad se inuicem referuntur
non ipsa substantia quae unum sunt nam & pater cū dicitur.